

talium possessionum, nec aliquis ex preconibus comunis, modo aliquo ingenio sive causa per se nec per alium incantare possit nec debeat vel facere incantari aliquam ex possessionibus predictis, nec eisdem deliverari sive locari possit. ¶ Preterea
 5 nullum edificium sive arma comunis alicui persone dari possit extra civitatem Tergesti mutuo sive alio modo sine consensu et voluntate maioris partis maioris consilii, et dominium Tergesti quod pro tempore fuerit nullo modo sive causa audeat nec debeat mutuare concedere sive alicui dare persone extrinsece
 10 forensi a civitate balistas unam vel plures nec aliqua arma sive edificia vel artificia comunis, nec predicta preponere possint nec debeant in maiori consilio ullo modo vel ingenio, sub pena libr. quinquaginta par. pro potestate et quolibet iudice contrafaciente et qualibet vice contrafacta. ¶ Et nichilominus acomodata con- // cessa sive data restituere teneantur 256 A
 15 comuni Tergesti de eorum propriis bonis. ¶ Et quod quelibet proprietas comunis, exceptis domibus, que venderetur pro comuni vendi debeat ad mensuram passuum comunis sive perticarum.

20 Cap. XVI. Rubrica de locatione domorum comunis et stationum et voltorum.

S tatuimus quod omnes domus comunis que locantur ad affectum sive pensionem incantentur et incantari debeant per preconem comunis super scalis pallacii comunis octo diebus ante festum sancti Laurencii, et in die festivitatis sancti Laurencii deliverentur et dentur per unum annum plus offerenti. ¶ Et per similem modum incantentur stationes comunis octo diebus ante festum sancti Michaelis, et ¹⁾ in die sancti Michaelis dentur locentur sive deliverentur plus offerenti.
 25 ¶ Et ille qui acceperit ad affectum aliquam ex ipsis domibus sive stationibus comunis solvere debeat et teneatur precium locationis ipsarum domorum vel stationum integre ea die vel sequenti, qua sibi deliverata sive locata fuerit per totum an-

¹⁾ et - Michaelis agg. marg.